

qui est; cessanteque periculo vomitus communicandus, & si obeat, in loco Sacro sepeliendus. Gobatus in Quinario diu. trañ. 5. cap. 50. num. 5. & de Communione trañ. 4. num. 197. ubi subdit, quod in dubio præsumitur ebrietas esse involuntaria, quando accidit illi, qui nunquam, aut vix unquam fuit vino deditus; nam de nullo debemus facile præsumere delictum. l. Merito. ff. Pro Socio. Certè cum ebriosus opus est in Parocho magna prudentia, ne de facili præbeat Sacramenta cum eorum contemptu, irreverentia, vel nullitate; & e contrario, ne desit adiutorio etiam ebriosorum. In primis annis mei Sacerdotii quodam Vespere vocatus fui ad ministranda Sacramenta coquo N. N. Nobilis Veneti habitantis in hac Parochia S. Petri; asserbant enim conserui cum mori. Cucurri, reperi eum in lecto gemitibus animam ferè exhalantem. Clamabant conserui prædidi: cito ungetur Oleo Sancto, quia moritur. Ego steti strenuè, & interrogavi Coquam, an ultra solitum bibisset? Ille annuit. Ego addidi: mitte digitum in gutture. Ita fecit: & ecce copiosus vomitus magnæ quantitatis vini, quo ejecto à stomacho, cessavit infirmitas, & instantia Extremæ Unctionis. Ultimo, ungenti veniunt Oleo Sancto tum Phthirici, ac Hydrofici, cum difficilis in eis fit respiratio; tum peste afflati, sive nimio lenio confecti; quia in his omnibus periculum est improvise mortis, & insperata suffocationis. Gobatus diu. trañ. 8. de Extr. Unñ. num. 851. 852. & 853.

Quò ad Tertium genus, morientium scilicet per manus carnicis, prout Reis accidit per Judices morti damnatis, Regula est à Doctoribus, & universali consuetudine approbata; quòd his Extrema Unctio non est ministranda; quia licet sint exeuntes ex hoc mundo, tamen non sunt infirmi, pro quibus hoc Sacramentum fuit institutum. S. Thom. in 4. disp. 23. q. 2. art. 2. Layman libr. 5. trañ. 8. cap. 4. num. 4. Tamburin. de Extr. Unñ. lib. 6. cap. 12. §. 5. n. 2. Emin. Cardin. de Lauræa d. disp. 11. n. 169. Gonzalez in cap. Questio. num. 2. de Verb. Signific. tom. 5. & Mastrus d. disp. 6. n. 104.

Duo tamen casus notat Gobatus diu. trañ. 8. num. 847. & 848. in quibus etiam infelices Rei à carnicè trucidandi linitri possunt Oleo Sacro, & muniri hoc Sacramento. Primus casus est, si publicata mortis sententia, & adveniente die executionis eius, Reus vel obruncandus, vel suspendendus mortali febre, aliove gravissimo morbo afficiatur; tunc enim ultra Sacramenta Confessionis, & Eucharistie, etiam hoc Extremæ Unctionis debet eidem ministrari; verè enim est infirmus, ac infirmitate periculosa laborat, ut ait Escobar Probem. 30. quom laudat, ac sequitur Gobatus ibidem num. 847. Alter casus est, quando Reorum, præcipue homicidarum, artus, brachia, memora, tibie, ac pedes franguntur rota ferro prominente armata. In hac carnicina, quæ legibus, & moribus Germanorum, ac Francorum recepta est, ac practicitur cum homicidis voluntariis, aliisque publicis latronibus, & viarum graffatoribus, sæpe accidit, ut Reus fragilis ossibus implexus rote post illum horrificam contractionem diu vivat, adeo ut etiam per triiduum animam agat, antequam expirat. In hoc casu sicut licitum est tam secularibus, quam Religiosis solari miserum illum patientem; ita non censetur prohibuit eidem penitenti, & hoc Sacramentum Extremæ Unctionis flagitanti, illud ministrare, etsi fuit rote alligato; ea ratione, quia in tali casu superveniente post fracturam ossium Reus ipse morti proximus est ob vulnera suscepta, & ob ossifragium; ut considerant Palaus, ac Tannerus, quos citat, & sequitur ipsemet Gobatus d. trañ. 8. d. num. 848. cum duobus sequentibus; subdens in

nihilò offendi reverentiam Sacramenti exhibiti in illo patibuli loco, quia nullus planè locus determinatus est pro hac unctione; neque Magistratum secularè posse id prohibere; cum sit actio merè spiritualis, nihil præjudicans publicæ iustitiæ. Tali carnicina, ait P. Gobatus, vidisse puniri mulierem lacertolam, quæ aliam in domo propria ex insidiis trucidaverat, cremio in caput impacto. Perantiquum fuisse rotarum supplicium docet Cælius Rhodigin. Leñ. antiquar. libr. 10. cap. 5. & multiplicitis generis rotas fuisse notat Emin. Cardin. Baronius in Martyrolog. Rom. die 13. Aprilis.

DECISIO LXXX.
ARGUMENTUM.

Offenditur, quòd infirmus priusquam ungetur Oleo Sancto debet Sacramentaliter confiteri peccata sua; discutitur utilis Questio, quid agendum à Parocho, si infirmus sensibus sit destitutus? vel in amentiam prolapfus, itaut non possit confiteri? Refertur duplex stultitia: Una spiritualis, & meritoria, quam Servi Dei affectarunt, inter quos B. Simon Salo, B. Jacoponus, & S. Philippus Neri; altera naturalis, & miserima, cujus septemdecim species dignè scitu numerantur. Tandem resolvitur, Extremam Unctionem esse dandam infirmis amentibus, qui antea habuerunt usum rationis; non etiam stultis à nativitate, nisi sub conditione: si aliquo modo deliquisti.

SUMMARIUM.

- 1 Dolor de peccatis requiritur in infirmo, ut Oleum Sanctum recipiat.
- 2 Confessio mortaliū debet præcedere Extremam Unctionem.
- 3 Publicus Penitens non inungitur Oleo Sancto ante reconciliationem.
- 4 Excommunicatus est prius absolvendus, dein Oleo Sancto ungendus.
- 5 Sensibus destitutus infirmus an inungendus?
- 6 Peccatori notorio sensibus destituito an Extrema Unctio sit danda?
- 7 Argumentum à denegata sepultura Ecclesiastica ad denegationem Sacramentorum non valet.
- 8 Amentibus, seu furiosis an danda sit Extrema Unctio.
- 9 Stultitia duplex, spiritualis, & Sancta: naturalis & miserima.
- 10 Servi Dei se stultos fingunt.
- 11 B. Simonis Salo fida stultitia.
- 12 B. Jacoponi Tudertini sanctissima dementia.
- 13 Cornelii à Lapide encomium stultitiæ Sanctæ.
- 14 S. Philippus Neri dicens reputari curabat.
- 15 Amentes undè dicit?
- 16 Stultitiæ naturalis causa quænam sit?
- 17 Species plurimæ stultitiæ naturalis.
- 18 Ira est species dementiae.
- 19 Metus gravis causat dementiaem.
- 20 Luxurie impetus facit insanire.
- 21 Amor nimius dementia est.
- 22 Ebrii dicuntur insani.
- 23 Dormientes loquendo, ac deambulando sunt dementes.
- 24 Sopore gravi oppressi reputantur amentes.
- 25 Apoplexia auferit rationis usum.
- 26 Epileptici censentur dementes.
- 27 Phrenesis species stultitiæ.
- 28 Exstatici vocantur dementes.
- 29 Lyncambropia species stultitiæ. Et quæ?

30 Hydro.

- 30 Hydrophobi qui sint? Et quomodo amentes?
- 31 Demoniaci, ac Fanatici qui dicantur?
- 32 Tarantule mosus facit insanire.
- 33 Morti proximi insanire solent.
- 34 Hypochondriaci dicuntur dementes.
- 35 Uterius furor in mulieribus causat insaniam.
- 36 Extrema Unctio requirit devotionem in suscipiente.
- 37 Sacramentum non datur, ubi ejus effectus non operatur.
- 38 Moriendi modus, quem pius Vir dicebat eligendum sibi.
- 39 Amentes, qui antea usum rationis habebant, ungenti Oleo Sancto.
- 40 Amentibus à nativitate num danda sit Extrema Unctio?
- 41 Amentes à nativitate cur nullum peccatum committant?
- 42 Stulti à nativitate an saltem venialiter peccare possint?
- 43 Diaboli tentationibus an dementes possint consentire?
- 44 Stulto à nativitate Extrema Unctio dari potest sub conditione, S; aliquando deliquisti.

Quinta, & ultima conditio necessaria in homine Viatore, Bapuzato, Usam rationis habente, ac infirmo, mortique probabiliter proximo, ut valide, ac licitè recipere possit Sacramentum Extremæ Unctionis est, ut sit penitens, ac dolens de suis peccatis. Ex hac conditione deducitur, debere Parochum antequam hoc Sacramentum ministrare infirmo, ejus Confessionem Sacramentalem audire, & absolutionem dare; potissimum si in illa infirmitate ipsemet infirmus non fuisset confessus peccata sua: adeo ut spectet ad Parochum ipsum advertere, ut nemo confitens peccati mortalis Extremam Unctionem recipiat, nisi prius animam per confessionem emundaverit. Hæc obligatio probatur. Primo ex Concilio Moguntino celebrato Anno 847. in quo cap. 26. sic statutum fuit: *Ab infirmis in mortis periculo positis per Presbyteros pura inquirenda est confessio, ut idè secundum canonicam auctoritatem, eum Unctio Dei animati, secundum statuta SS. Patrum communiore Viatici reficiatur.* Secundo, quia sic legitur dispositum in antiquissimis Ritualibus, quos allegat Ivenin d. Comment. de Extrema Unctio, quæst. 10. ubi Codex Siculus Barberinus, & vetus Pontificale Anglicanum. Tertio ex Ritu conferendæ Unctionis Extremæ ex Codice Tiliano relato per Menardum in Notis ad lib. Sacramentor. S. Gregorii Pape pag. 340. ubi hæc habet: *Antequam ungetur infirmus, confiteatur omnimodis Deo; & Sacerdoti suo puriter omnia peccata sua, & reconciliationem ab eo precipiat plenam: ut ulceribus vitiorum per confessionem purgatus, adaperit, dignus proficiat ei unctio spiritalis medendo sequiturum patridinem interius latitantem.* Quarto, quia Extrema Unctio sicut dari non potest publico penitenti, nisi prius reconcilietur, ut ex cap. 8. Concilii Regiatiensis, quod citatur ab Emin. Cardin. de Lauræa in Epitome Canonum Verb. Extrem. Unñ. in fine, neque excommunicato, nisi prius absolvarer ab excommunicatione, ex DD. allegatis per Salmanticenses de Sacrament. in gen. trañ. 7. cap. 4. numer. 7. & per Tambac. de Extrem. Unñ. cap. 2. §. 4. num. 5. ita impertiri non debet peccatori, nisi præmittat suam Sacramentalem Confessionem. Quintò, quia sic etiam ordinavit S. Carolus Borromeus in suis Conciliis Provincialibus dñ. part. 4. in Insulis de Extrem. Unñ. his verbis: *Quoniam nihil alicujus peccati conscientia impediat, quam mortalitatis alicujus peccati conscientia; idcirco in eo ministrando usum, conclusivè hanc tenebis, ut si stulti potest, infirmum non ante ungas, quam peccata confessus sit.* Ex his doctrinis colligende sunt responsones, quæ dari debent duabus sequentibus instantiis.

Prima est, quomodo gerere se debeat Parochus ex improvise vocatus ad inungendum Oleo Sancto infirmum, qui jam sensibus est destitutus ob repentinum symptoma Apoplexiæ, aut alterius mortiferi accidentis? In hoc enim casu distinguere oportet: vel moribundus ille, qui amisit sensus, erat homo timoratus, & saltem in Paschate anteaquò confessus, ac Sacra Eucharistia resectus fuerat? & in hoc casu Parochus debet eum absolvere Sacramentaliter sub conditione si capax es, & subindè ei ministrare Sacramentum Extremæ Unctionis ex illo fundamento, quod ego firmavi in meis Decisionibus de Sacramento Penitentia Decif. 32. sub num. 7. videlicet, de quocumque Christiano presumi prudenter posse, in periculo, ac articulo mortis constituto, quòd interius in corde suo doleat de peccatis, flagitet omnia Sacramenta Ecclesiæ, ut æternam salutem anima ejus consequatur, quæ præsumptio sufficiens reputatur à Theologis pro ministrandis eidem in extremo laboranti prædica Sacramenta, ut docent Salmanticenses ubi supra trañ. 6. cap. 8. num. 153. Pellizzarius in Man. Regul. tom. 1. trañ. 5. cap. 3. num. 60. Estom. 2. trañ. 8. cap. 3. num. 114. Tamburinus in Metodo Exped. Confes. libr. 2. cap. 10. §. 1. num. 11. ac alii plures, quos congerit, ac sequitur Diana part. 9. trañ. 6. resol. 20. quæ reposita invenitur in opere Coordinato tom. 1. trañ. 4. resol. 65. Vel ipse moribundus est notorius peccator, puta quia deperditus erat moribus, vivens vel in concubinato, aut in adulterio, aut in inimicitis, similibusve flagitiis, & in hoc casu secundum plurimos DD. quos cumulat Diana part. 3. trañ. 3. resol. 8. à num. 5. & seq. collocata in Coordinato tom. 1. trañ. 4. resol. 63. abique Sacramentis est omnino dimittendus; quòd rigorosè sustinent alii allegati à Gobato in Theol. Experim. trañ. 7. num. 602. ubi ait, *Negandum est, licidè, valideve absolvi eum, de quo constat non edidisse ulla signa penitens absolutionem. Essi constet fuisse virum bonum.* Undè multò minus si laboret infamia malæ vitæ: Nihilominus etiam in tali homini, & in tali casu absolutionem Sacramentalem sub conditione prædica si capax es; & subindè Unctionem Extremam esse ministrandam concedunt plurimi, ac magne auctoritatis Doctores congesti à Diana, qui recessit à prima sua contraria opinione part. 9. trañ. 6. resol. 20. existente nunc in Coordinato diu. tom. 1. trañ. 4. resol. 65. Imò Tamburin. d. libr. 2. de Expedit. Confes. cap. 10. §. 1. num. 12. non esse illicitam Sacramentorum ministracionem prædicto moribundo asserit, quamvis destitueret sensibus acualiter peccando; est enim piè credendum, quòd etiam pessimus peccator sentiens se vicinum morti conetur actus saltem attritionis in corde elicere, ut salvetur. Et idè Oleo Sacro esse inungendum tenet d. cap. 2. §. 4. num. 2. & ibi Gominch de Extrem. Unñ. disp. 19. à num. 19. & Suarez disp. 42. scil. 1. num. 10. Porro P. Gobatus subdit d. trañ. 7. num. 603. id non esse penitus impossibile; sed necesse, quomodo possit praticari cum eo, qui obiret vulneratus in duello, aut blasphemando, vel aliquod grave facinus committendo, prout si moriens esset publicus Usurarius, aut alius similis, cui Ecclesia denegat Ecclesiasticam sepulturam; ut latè probat Samuelius de Eccles. Sepult. trañ. 2. contròv. 7. conclus. 7. conclus. 17. nec non contròv. 8. conclus. 1. 2. & seq. Sed est advertendum, non valere argumentum à denegata sepultura Ecclesiastica ad denegationem Sacramentorum, siquidem illa non conceditur in poenam tantum; hæc non denegantur, si sint signa, vel præsumptio penitentia facinororum, quorum causa in foro exteriori extra locum

L 3

cum

cum Sacrum morientes in iisdem sunt tumulandi, ut notant etiam DD. citati à Samuëlio, ubi supra.

Alteri instantia est, quomodo se gerere debeat Parochus, qui vocatur ad dandum hoc Sacramentum 8 Extremæ Unctionis infirmo amenti, seu dementi, furioso, phrenetico, sive omnimoda stultitia detento? Pro intelligentia huius instantiæ præmittere oportet, quod duplex est dementia, seu stultitia in homine. Una spiritualis, & sancta; secunda naturalis, ac miserrima.

Stultitia sancta, ac spiritualis est plurimorum, ne dicam omnium, servorum Dei, qui ad occultandam suam perfectionem, ac sanctitatem simulant mores absurdos, & quamvis sint sapientissimi, ac multiplici scientia excellant, fingunt se indoctos; imò etiam perfectissimè fruuntur rationis bono, demonstrant factis, ac dictis se esse dementes, ac laborare stultitia in sui ipsorum ludibrium, humiliationem, ac contemptum; freti doctrina D. Pauli Apostoli scribentis: *Qui videtur inter vos Sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens.* 1. Cor. 3. 18. Huiusmodi spiritualis, sanctæque stultitiæ tria sunt magnifica exempla in Historiis Ecclesiasticis, antiquo, medio, ac moderno temporibus. Antiquius excellit B. Simon Salo, qui post asperam in deserto penitentiam pluribus annis factam, sic à Deo inspiratus ad sæculum reverfus tamquam stultus inter gentes vivebat; ab omnibus inspectus, irrisus, ac frequenter verberibus impetitus, & nihilominus gratia miraculorum, prophetiæ dono, secretarumque cogitationum hominum cognitione illustrabatur, ut videre est legenti eius vitam relatam à Surio tom. 4. die prima Julii, nec non à P. Stefano Menochio in *Storisæ centur.* 3. cap. 86.

Medio tempore extimius sanctæ stultitiæ professor fuit B. Iacopus Vnderthus; qui cum esset nobilis, ac Civis primarius, Vir eruditissimus in Philosophia, Theologia, ac Utraque Jure, cumque eius uxor pulcherrima in juvenili ætate, ex obedientia mariti, in choreis existens, solario domus præcipiti effecto, occubuisse, & vestibus exuta, reperia fuerit asperitum cilicium super nudum corpus habere, hoc exemplo in tantum penitentia desiderium exaruit, ac fuit ipsius, mundique contemptum, ut per decem continios annos, se tamquam stultum in Civitate, ac plateis gerens, ab omnibus irridere, & ludibrii nomine Iacopus diceretur, post multas, ac magnas sanctæ stultitiæ actiones, post gloriam Fratrum Minorum S. Francisci ingressus, in eadem doctissima, ac mystica carmina sermone Italico composuit, & in altissimam Redemptoris charitatem ascendit, ut latius legitur in eius vita, quam è Chronicis Sancti Francisci transcripsit pissimus Fr. Alexius Segalla Capuccinus in *Catena Aurea part. 1. in die 20. Mensis.* De his duobus Sanctissimis Viris, stultitiam, ac dementiam publicè ob Dei amore professis, ita loquitur Cornelius à Lapide in *Comment. 1. Cor. cap. 1. Vers. 25.*

Simeon Salus, Franciscus, & maximi Sancti quæsierunt stulti haberi à mundo, ut Deo magis placerent; adeoque Religiones nonnullæ hunc quasi apicem perfectionis, & sapientiæ Christianæ usque præseribunt, ut tantum ament, cupiant, amplectantur sui contemptum, irrisiones, opprobria, injurias, quin & stulti haberi exoptent, quantum mundani sectantur sapientiæ famam, honorem, nominis celebratam. Idque 1. Hac de causa, ut sic mundum perfectè contemnant.

2. Ut seipos maxime humilient, & innatum gloria, laudis, honoris, ac celestidinis appetitum extirpent.

3. Ut magis conformerentur Christo, ejusque vestibus, & insignibus induantur, qui propter nos, & ut daret nobis exemplum virtutis, & perfectionis, hac ipsa elegit, voluit haberi stultus, factus est opprobrium hominum, &

abjectio plebis. Dicunt ergo ipsi cum Paulo: *Mihi abisti gloriosi nisi in Cruce Domini Nostri JESU CHRISTI, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Hac omnia docet Crux Christi, si eam sæpè contempleris; nimirum Crux est fons sapientiæ. S. Bonaventura rogatus, unde tantam hausisset sapientiam, Crucifixum ostendit oculis penè attritum. B. Iacopus Vir nobilis, & Litteratus, cum ex Cruce Christi didicisset mundo stultescere, rogatus à Christo sibi apparente amicè, & familiariter, cur hanc stultitiam ita adaret? respondit pio lepore, ut solebat: *Quia stultior me fuisi, Domine.*

Modernis temporibus sanctissimam hanc stultitiam professus fuit S. Philippus Nerius, qui in alma Urbe vivens ad occultandam sanctitatem suam, ac specialium gratiarum dona, quibus cum Deus decoraverat, & homines, Prælati, ac Cardinales venerabantur, frequenter verba, gestus, actusque faciebat, qui stultitiam in eo indicabant; quos congerit in eius vita Petr. Jacob. Baeci lib. 2. cap. 18. ac Menochius in *Storisæ centur.* 3. cap. 87. nec non novissimè Joannes Marcianus in *Histor. Congr. Oratorii lib. 2. cap. 16.* & de hac sancta, ac provida dementia egregie scripsit Emin. Cardin. Federicus Borromæus Archiepiscopus Mediolani in *Opuscul. de Vera, & occulta Sanctitate lib. 3. cap. 13. cum duob. seqq.* ubi excellentiam huius spiritualis stitæ sapientiæ commendat, ac alios sui temporis professores ipsius vitutis commemorat.

Stultitia autem naturalis, ac miserrima illa est, qua laborant homines, quorum mens, seu rationis usus à pravis affectibus est læsus; amentes enim dicuntur quia sine mente; nam etsi plurimi Medicorum, Philosophorum, ac Jurisprudencium opinentur, amentiam, dementiamve, aut stultitiam incurri cum oblieditur, ac depravatur sola imaginatio. Galenus de *Loc. affect. & de Symptom. diff. Celsus lib. 3. cap. 17.* & Menochius *consil. 82. numer. 221. vol. 1.* verius tamen est opinio, homines amentes, dementes, stultitovè fieri, cum eorum mentium Ratio læditur; hæc autem læsio contingit ex depravatione spirituum, quando scilicet vel in totum, vel secundum partem pravi sunt, crassif, turbidi, seu melancholici, & tunc hi recipientes quasdam falsas rerum species à phantasia oblatas, eas pertinaciter retinent, & super iisdem intellectus incipit discurrere, ac paulò post assentiri, & hinc oritur stultitia, atque dementia, ut doctè, ac diffusè probat Zacchias in *QQ. Medicolegal. tom. 1. lib. 2. tit. 1. qu. 4. per totam ubi numer. 33.* exemplificat de stultis illis, qui nolunt comedere, dicentes, mortui sumus: vel qui egrediuntur à cubiculo afferentes habere nasum oblongum; vel qui putant pavimentum esse vitreum, aut alias ob similes falsas intellectus læsi ratiocinationes, de quibus differit etiam Aretius lib. 3. *In pres. 29. disc. 3. pag. 416. & 417.*

Et quoniam, ut ait Scriptura Sacra stultorum infinitus est numerus, *Ecclesi. 1. 15.* innumeræ prope modum sunt species stultitiæ; inter quas secundum Philosophorum, Medicorum, ac Jurisprudencium observationes sequentes sunt præcipuæ. I. Est in iracundis; ira enim rationem ita lædit, ut intellectus non sit sui juris, & talis, ac tantus sit impetus iræ, ut nihil ab infania, aut furore differre dixerit Galenus de *Cognoscen. & curan. anim. 18. morb. cap. 3. class. 2.* & Thelaurus *decif. 168. numer. 3.* Idè iram à culpa excusare ait Glossa in *l. Divortium. ff. de Divort. Petrus Gerardus Singul. 16. 19. num. 2.* II. Est in timore gravis mali imminenti, cujus causa passiones subitæ, ac vehementes rationem omnino turbant, & confundunt. Zacchias d. *lib. 2. tit. 1. qu. 7. n. 52.* III. Est in impetu luxuriæ, qui sic est violentus præcipuè in mulieribus, ut

ess rationis usu prorsus privet, & fatuus reddat. Math. Mattheus Singul. 102. num. 8. in annot. Hinc mulierem amafio suo de se copiam facientem non effici insanam tradit Riccius in *Praxi part. 1. vers. 424. num. 8.* & Farinaccius de *Delictis carnis q. 136. a. num. 87. & seqq. IV.* Idcirco infania manifesta est nimis amor. Barbosa in *cap. cum in juvenute. num. 5. de Presumpt. Tiraquell. de Pœnit temperan. cap. 4. num. 1.* siquidem Amor reputatur vehementissima passio cordis, ex qua læditur cerebrum, & subindè ipsa ratio; amans enim rectè rationari nequit, perdit propriam voluntatis libertatem, & sensus etiam corporeos, & externos, præter internos corrumpit; & idèo quisquis amat, hallucinatur, & cæcitat in eo, quod amat, ut ex Platone, Galeno, & aliis Medicis, Philosophis, ac Poetis demonstrat idem Zacchias d. *lib. 2. tit. 1. quest. 10. num. 32. & seqq.* qua de causa, ait, antiqui pinxerunt Amorem sine oculis. V. Species infantiæ est ebrietas, quando scilicet vino potenti in magna quantitate in stomachum demisso, ex eo plurimi vapores ad caput irrepunt, cerebrum invadunt, & omnem rationis usum adimunt, ut ex Menoch. de *Arbitrari. Jud. cas. 326.* ex Caball. *Resol. crimin. cas. 297.* ac ex aliis multis DD. ostendit idem Zacchias d. *tit. 1. quest. 11. per totam,* in qua plene de hac dementia tractat. VI. Stulticia consideratur in dormientibus, qui de negotiis suis loquuntur, ac etiam in Noctambulis; illis scilicet, qui dormientes è lecto exurgunt, fores aperiant, vestes induunt, arma quoque capeunt; & obvios quosque, quos vel inimicos imaginantur, vel cum quibus rixari se putant, offendunt; de quibus Bartol. in *l. Ut vim. num. 5. ff. de Jus. & Jur. Delictis Disq. Magic. lib. 1. q. 3. & And. Laurentius lib. 4. Anatom. q. 12.* ubi reddit causam huiusmodi dementiæ. VII. Illa est, quam Medici considerant in Lethargicis, Comatosis, Caroticis, & aliis Somniculosis, qui sopore oppressi, etsi ab aliis excitentur, non cessant dormire, & eorum somnus morbosus vocatur infania. Zacchias d. *lib. 2. tit. 1. q. 13. VIII.* Est, quæ provenit ab Apoplexia, per quam oppressus hoc malo amittit omnes facultates intellectus ob obstructionem nervorum, per quos interdicitur est transitus à cerebro ad alias partes vitales; & de Apoplecticis legendus est Forestus lib. 10. *observ. 74. & seqq.* in quibus differit de duplici Apoplexiæ specie, forti, & levi.

IX. Stultitia consistit in Epilepsia, quæ est convulsio totius corporis cum mentis, & sensuum ablatione. Galenus lib. 3. de *Loc. aff. cap. 7. classe 4.* & hæc pariter vel est fortis, vel levis, & de utraque bene tractat Vinc. Allarius lib. 6. de *morb. capit. lèll. 31.* Zacchias d. *tit. 1. quest. 14. ubi numer. 26.* notat, quòd Epileptici vocantur etiam Lunatici, quia vel in novilunio, vel in plenilunioprehenduntur hoc paroxysmo. X. Dementia, ac stultitia est Phreneticorum. Phrenesis verò est perpetuum delirium cum febre, ex cerebri, ejusque membranarum inflammatione originem duens. Galenus *Comm. 2. in prim. Epidem. text. 3.* & ex J. C. Menochius *consil. 82. numer. 198.* Appellatione autem phreneticorum veniunt etiam furiosi, ac maniaci, quia hi omnes dementia laborant, & ulum rationis non habent. Zacchias d. *lib. 2. tit. 1. quest. 16. num. 19.* XI. Amentia est Exaltatorum; sumitur autem Exaltatio pro raptu quodam mentis, qui privat hominem sensu, & motu; acciditque vel in hominibus Sanctis, dum rapiuntur ad contemplanda celestia: vel in infirmis ex morbo opprimente cerebrum, & auferente rationis usum. Hollerius *Comment. 7. aphorism. 5.* & Marcell. Donatus lib. 2. *Histor. Mirabil. cap. 1.* XII. Species stultitiæ est Lycantropia, vel Cynantropia, infania lupina appellata: videlicet quando agri hoc morbo affecti horrida, & inculta loca, luporum, aut canum mo-

re perlostrant, & cadavera ferarum, & hominum è sentinis, ac sepulchris eruere, ac rapere conantur, circa hæc miserabiliter infantines; unde fuxerunt antiqui Poetæ plures à Diis conversos fuisse in beluas; imò Nabuchodonosor Regem Babylonie hoc morbo ex Divina permissione laborasse tenent Vallesius de *Sacra Philosoph. cap. 80.* Mercurialis lib. 1. *sue præf. cap. 11.* & Martin. Delrius *Disq. Magic. quest. 18.* XIII. Dementia est in Hydrophobis, nempe hominibus rabiosis ob morsum canis rabidi; quibus nisi celere remedium adhibeatur, læditur rationis usus, & in aqua timorem, ac odium incidunt, itaut eam apicere non valeant: & hoc morbo, ac infania obiisse Baldum Jurisconsultum notant plures Medici apud Forestum lib. 10. *Observat. 27.* & Zacchiam ubi supra *quest. 17.* advertentem, Hydrophobiam, insaniam scilicet ob rabiem contrahi etiam ex morsu luporum; atque serpentum. XIV. Stultitiæ species est in Dæmoniis, ac Fanaticis, in quibus etsi causa infantiæ sit supernaturalis, nempe Dæmonium corpus obidens, tamen præcedit semper quodam corporis dispositio ex melancholia, seu atra bile prædominante, ac urgente, quæ hominem ad insaniam concitat. Forestus lib. 10. *Observ. 19.* in *Schol. Delrius Disq. Magic. lib. 2. q. 29. sect. 3.* Zacchias d. *lib. 2. art. 1. quest. 18.* observans, quòd huiusmodi insani homines præter exorcismos Ecclesiæ, etiam medicamentis naturalibus indigent, ut melancholia temperetur, & ipsi ad mentem redeant; addens prædictis esse similes Lymphaticos, Præligatos, Enthusiasticos, & Engastrimythos, qui morbum in ventre portant, præsumuntur ibi habere etiam Dæmonium, & utroque impellente patiuntur alienationem mentis, & vaticinari solent, nescientes quid loquantur. XV. Dementia est eorum, qui à Tarantula commorisi sunt; hi enim ab infania excusari non possunt ob saltationes, quas sine temporis, vel loci exceptione assunt, denotantes mentem lætam habere; de quibus videndus Matthiolus in *Diocor. lib. 1. cap. 56.* & Ardoius de *Veneris lib. 8. cap. 5.* XVI. Amentia est in mortis proximis, nam ex deficientia sensuum, deficit sæpè intellectus, sicque multi in agonia postii infanire solent, loquentes inania, ac stultia, & de his Fosnotius de *Mom. temp. cap. 5.* & Zacchias d. *tit. 1. q. 19.* XVII. Alia est etiam stultitia in hypochondriacis, resultans ex melancholia gravi, qua ipsi sunt affecti, & in mentis alienationem trahuntur. De his Forestus lib. 10. *Observ. 11.* in *Schol. XVIII.* Et ultima species infantiæ est in mulieribus, præcipuè Virginibus, patientibus uterinum furorem. De hac infania, & causa ipsius ita loquitur Zacchias d. *lib. 2. tit. 1. q. 22. num. 11.* Est uteri ipsius excelsatio cum delirio circa Venerem, & ad eam pertinentia; in eam enim addè acutus stimulus exagitantur, ut in furorem agantur, garrule enim evadunt, & circa Venerem quamplurima effutunt. De hoc furore videndi Hucherius de *Sterilit. lib. 2. cap. propr. & Varandus lib. 1. de Morbis mulier. cap. 5.* Scio SanGimoniale, etsi Anglicæ vitæ, ac purissimæ conscientiæ, diù hoc uterino furore correptam; quæ eo fervefcente, ita corpus suum contorcebat, ut pedibus humeros tangeret, pluraque verba loqueretur indecentia; ac astantes famulas morderet, nesciens quid ageret, aut diceret. Cumque cessato furore utum rationis reasumeret, sentiens quid fecisset, amarè descebat, ac veniam ab omnibus postulabat.

Hæc sunt præcipuæ, ac frequentiores infantiæ, dementiæ, ac stultitiæ species; quibus non miseri homines ob peccatum Adæ frequenter affligimur, & quas non raro Pastores animarum, alicque Confessarii conspiciunt, dum ad visitandos infirmos vocantur. Igitur, convertentes calamum ad secundam infantiam

tiam supra propositam, nunc decidere oportet, quomodo se gerere debeat Parochus, dum reperit infirmum dementem, circa administrandam eidem Extremam Unctionem. Et equidem videtur prima fronte dicendum, quod abstinere debeat ab hoc Sacramento ipsi dementi ministrando. Primum ex doctrina D. Thomae in *Supplem.* 3. par. 4. 34. art. 3. ubi habetur, quod Extrema Unctio non est conferenda nisi iis, qui actualiter usum rationis habent; itaque cognoscant, & cum devotione hoc Sacramentum suscipiant. Sed qui sunt in fluctibus, amentia, vel dementia actuali, nec agnoscunt, quid recipiant, neque devotionem habent. Ergo non videntur inungendi. Secundum, quia Extrema Unctio dari non debet illi, in quo operari non potest suum primum effectum, qui quidem est roborare animum infirmi, ut valeat resistere demoni tentationibus. Sed infirmus detentus infania, furore, vel delirio non subiacet tentationibus diaboli. Ergo neque capax est roboris, ad resistendum illis. Hinc quidam plus videretur, si Deus eidem concessisset, ut sibi modum morientis eligeret, hunc esse electurum, videlicet ut recipientis devotio Sacramenti Ecclesiae, delirio, aut dementia afficeretur, ac sic delirans, & demens exproberet; nam, aiebat, nihil in me diabolus potest tentationibus suis. Tertiū, quia ad recipiendum hoc Sacramentum debet precedere infania infirmi, & vocatio Presbyteri iuxta D. Jacobi verba: *Infirmitur quis in vobis; inducat Presbyteros Ecclesiae.* Et quarto, quia Extrema Unctio confert suum effectum mediante motu, & devotione suscipientis; & utraque deficit in amente, ac delirante.

His tamen non obstantibus pro resolutione instantiae distinguere solent DD. duo casus. Unus est, si infirmus dementia, delirio, vel furore detentus, ante huiusmodi miserabilem statum, potius fuerit usu rationis, & petierit scilicet virtualiter Sacramentum Ecclesiae, quae ministratur decessuris ex hac vita; Et in hoc casu conveniunt omnes Theologi, ac Canonistae, esse ei ministrandum Extremam Unctionem, etiam si hic, & nunc sanam mentem non habeat, nullumque rationis indicium ostendat, & deducunt hanc conclusionem ex cap. *Qui recedunt*, ex cap. *His*, qui. & ex cap. *Agnovimus*. 26. q. 6. in quibus dicitur, quod si infirmus Baptismum petat, vel Sacramentum Penitentiae, deinde obmutescat, nec possit amplius loqui, aut petere, est baptizandus, & absolvendus. Ergo idem dicendum est de amentibus, & furiosis in iisdem Sacramentis recipiendis, ac etiam in Extrema Unctione; in eo enim statu moraliter iudicatur, in quo erant ante amentiam; non enim Divinae pietatis consentaneum est, ut in tali misero statu priventur tanto beneficio. Accedit, quod primum Extremam Unctionis effectus est non solum roborare contra tentationes diaboli, & ad tolerandas infirmitatis difficultates, sed praecipue remittere peccata venialia praeterita vitae; nec non mortalia inculpabiliter oblita, ut probavi supra Decis. 71. num. 21. & huius effectus amentes capaces sunt, est quod solum attritionis actum ante amentiam emiserint de propriis peccatis. Ita Matris in 4. *Sent. d. disp. 6. n. 109.* & nu. 126. ubi plures DD. citat, & Diana Coordinatus tom. 2. tra. 4. *resol.* 50. ubi alios cumulat; delumpit ex veteri *part. 5. tra. 3. resol.* 84. Barbosa de *Paeocho* cap. 22. num. 31. quibus adhaeret P. Gobatus d. tra. 8. a. nu. 825. & segg. & Tamburinus. de *Ext. Unct.* cap. 2. §. 3. num. 4. Neque obstant argumenta supra in contrarium facta: non primum, quia quantum fieri potest expectanda est devotio in infirmo, ut cum reverentia recipiat hoc Sacramentum; sed ubi non est spes ut redeat ad mentem, non est privandus tanto bono, adeo ut si fureret, postet etiam ligari, ne aliquod inconveniens committeret in Sacerdotem, ut ajunt Diana ubi supra, & Matris

num. 110. Non secundum, quia ut dictum est, si Extrema Unctio non operatur in amente robor contra tentationes diaboli, delere potest peccata venialia, ac etiam mortalia, inculpabiliter non confessa. Non tertium, quia sufficit virtualis infania, & desiderium huius Sacramenti. Non quartum, quia motus devotionis actualis valet ad uberiores fructus Sacramenti consequendum, non autem ex necessitate, ut Sacramentum subsistat; quapropter in omnibus supradictis infania speciebus, si timor sit mortis, & spes deficiat, quod infirmus recuperet usum rationis, est ei ministranda Extrema Unctio ex concordii consensu omnium Doctorum.

Alter casus, quem DD. considerant, est, ubi infirmi sunt amentes, dementes, ac penitus stulti à nativitate; itaque nullo unquam tempore habuerint usum rationis; & in hoc casu omnes concorditer tenent, non esse ministrandum Extremam Unctionem huiusmodi dementibus, ac stultis; ea ratione, quia cum nullum peccatum censentur commississe, neque subiacere tentationibus diaboli possint, nullum effectum in eis operaretur hoc Sacramentum; videlicet neque remissionem venialium, neque robor contra tentationes. Gobatus d. tra. 8. num. 825. & Matris d. disp. 6. num. 111. ubi ita scribit: *Pater discrimen inter adultos perpetuo amentes, & alios, qui aliquando rationis usum habuerunt; quoniam illi nullius horum effectuum, qui huius Sacramenti sunt praecipui, capaces existunt, sicut isti. Non debet autem hoc Sacramentum illis conferri propter solum effectum secundarium, qui est corporis sanitas, siquidem non semper confertur, quando etiam adeo rationis usus. Idem docet Layman libr. 5. tra. 8. cap. 4. num. 3. in fine. Vers. 11. porro.*

Quod autem stulti à nativitate, atque perpetuo amentes, qui nunquam potuerint usum rationis, nullum peccatum censentur commississe, patet ex Scholasticorum doctrina, docentium, nullum esse peccatum nisi voluntarium; ac perpetuo amentes deficientes in eis ratione, ac intellectu, non habent liberam voluntatem, qua possint peccare; ut docet probant Salmanticenses in *Cursu Theologico* tom. 4. de *Vitiis*, & peccatis tra. 13. disp. 10. dub. 2. Neque officit, quod stulti, & amentes etiam à nativitate, ac perpetuo videantur habere saltem imperfectam voluntatem, quam demonstrant in edendo, sedendo, sibi grata acceptando, pœnalia resurgendo; & sic possint saltem peccare venialiter. Nam respondent idem Salmanticenses d. dub. 2. num. 68. his verbis: *Ille (libertatis voluntatis) qui apparet in actionibus amentium, & puerorum ante usum rationis, nequaquam est vera libertas, sed similitudinaria, & apparent, ut quae cernitur in actionibus aliquorum irrationalium. Vera enim libertas sive physica, sive moralis, requirit, ut suppositum, in quo est, habeat verum dominium supra actionem liberam: sive hoc dominium sit in ipsa potentia elicitive actionis, sive in alia. Verum autem dominium non potest inveniri sine iudicio deliberato rationis, quod vel actu detur, vel saltem in potentia suo modo proxima, & expectata. Non igitur amentes, pueri, & bruta neque habent tale iudicium, neque potentiam expectatam ad illud elicendum, consequens est, ut nullatenus vera libertate gaudeant; unde quidquid agunt, quantumvis ordinatum, & artificiosum videatur, agunt sine electione, ex solo instinctu naturae, quod sequi, vel non sequi non subest eorum potestati; sed ubi apprehendunt aliquid ut bonum, & conveniens sive naturae, V. G. manducare, sedere, &c. necessarii in id feruntur: ubi vero apprehendunt aliquid ut malum, & disconveniens, necessarii id resurgunt. Nec concedenda est illi aliquid aliorum cognitio, aut magis discretiva inter bonum, & malum, quam praedictus instinctus; qui sicut non est indifferens in proponendo, sed deter-*

SUMMARIUM.

minatus à natura, ita non potest esse radix alicujus vere libertatis. Igitur cum perpetuo amentes non habeant iudicii libertatem, neque liberam voluntatem circa actiones, nullum committere possunt peccatum; cumque peccata non habeant eis remittenda, Sacramentum Extremam Unctionis non est eis conferendum, cujus proprius, ac principalis effectus est reliquias peccatorum delere.

Similiter ex defectu libertatis iudicii, & carentia usum rationis non possunt amentes consentire tentationibus diaboli; quia ex doctrina S. Thomae 1. 2. q. 80. art. 3. *Diabolus propria virtute, nisi refranetur à Deo, potest aliquem inducere ex necessitate ad faciendum aliquem actum, qui de suo genere peccatum est, non autem potest inducere necessitatem peccandi; quod patet ex hoc, quod homo motivo ad peccandum non resistit, nisi per rationem, cuius usum totaliter impedire potest. Movendo imaginationem, & appetitum sensitivum, sicut in arreptis patet; sed tunc ratione sic ligata (notet studiosus) quicquid homo agit, non imputatur ei ad peccatum; sed si ratio non sit totaliter ligata; ex ea parte, qua est libera, potest resistere peccato, sicut supra dictum est. Unde manifestum est, quod diabolus nullo modo potest necessitatem inducere ad peccandum.*

Porro quia difficile est reperiri amentem à nativitate, qui totaliter careat libertate mentis, & usu rationis, plures enim aliquando talem qualem ostendunt capacitate mentis, quae sufficere videtur saltem ad aliquod veniale peccatum committendum; putare non inconveniens sequi opinionem Majoris, quem citat Gobat. d. tra. 8. n. 825. concedentis, posse ministrari Extremam Unctionem etiam perpetuo amentibus, ac stultis à nativitate; quod ego ad praxim deducere sub conditione, si aliquam culpam in vice tua decursu commissisti; sicut enim sub hac conditione potest dementibus dari absolutio Sacramentalis; si capax es; nullaque irrogatur injuria Sacramento, Gobat. de *Sacram. Pœnit.* tra. 7. a. n. 600. & segg. ita poterit iidem ministrari Sacramentum illud; & eo magis, si in amentiam incidissent in pupillari aetate, ut ratiocinatur idem Gobatus tra. 8. n. 828. de puella ingressa stultitiam anno decimo aetatis suae, quae in ea continuavit usque ad septimum decimum annum, quod demens obiit; circa quam, etsi habito consilio prudentum, Parochus decreverit, non esse Oleo Sancto inungendam, subdit Gobatus huiusmodi consilium sibi non placuisse, sed contrarium debuisse praticari pro illius animae potentiori auxilio, quia, ut contestatur Joan. Sancius in *Sele. disp.* 17. num. 17. quando vertitur dubium; an quis post baptismum fuerit adeptus aliquem usum rationis, seu aliquam cognitionem rerum supernaturalium, potest & ad augmentum gratiae, & ad praelandum praemia Domini muniri huius spiritualibus armis; cujus Sancti opinionem laudat etiam Tamburinus d. cap. 2. de *Ext. Unct.* §. 3. sub num. 3. Vers. *Si dabitur.*

- 1 Praeceptum an detur de suscipienda Extrema Unctione.
- 2 Verba D. Jacobi Infirmitur quis, &c. an sint praecipua? Et num. 17.
- 3 Theodori Archiepiscopi Cantuariensis Anno 668. decretum de Extrema Unctione.
- 4 Babylonensis Concilii decretum pro Unctione Extrema.
- 5 Debet esse verbum Praeceptum.
- 6 Sepultura Ecclesiastica privatur non inuncti Oleo Sancto.
- 7 Tridentini Concilii Consultatio contemptiorum Extrema Unctionis.
- 8 Consuetudo universalis fidelium in unguendis infirmis Oleo Sancto.
- 9 Bedae Ven. Unctio Extrema, & Mors.
- 10 S. Huneburgis Extrema Unctio, Mors, & Sepultura.
- 11 Utilia anime suae quisque debet providere.
- 12 Extrema Unctionis Sacramentum est proprium remedium pro moribundis.
- 13 Tentare Deum est expectare Messiam, & non seminare.
- 14 Peccatum mortale est negligere Extremam Unctionem, Contrarium num. 15.
- 16 Interdicti tempore non datur Extrema Unctio.
- 18 Obligatio Extremae Unctionis afficit Parochos, non Parochianos.
- 19 Consuetudo quando inducat obligationem?
- 20 Media necessaria ad salutem sunt de precepto; non etiam solum utilia.
- 21 Contemnens Extremam Unctionem peccat mortaliter.
- 22 Dicitio Vel sonat Et.
- 23 Scandalum si resulet ex omisa Extrema Unctione, est mortale.
- 24 Confrater si non possit infirmus tenetur recipere Oleum Sanctum.
- 25 Attritus fit contritus virtute Extremae Unctionis.
- 26 Mortis timore recusans Oleum Sanctum an peccet?
- 27 Rupertus Rex Romanorum recusabat inungi timens statim mori.
- 28 Parochorum obligatio instruendi infirmos circa Oleum Sanctum.
- 29 Puella recusans Oleum Sanctum, ne prohibita esset saltare.
- 30 Antecessoria quid sint?
- 31 Palatini Oleo Sancto inuncti calceos, non induunt.
- 32 Venialis culpa recusare Extremam Unctionem ex levi causa.
- 33 Purgatorii panis additus qui Oleo Sancto noluit liniri.
- 34 Antiquus an repetetur pluries Extrema Unctio?
- 35 Menardi opinio affirmativa.
- 36 S. Rembertus Episcopus pluribus continuatis diebus Oleo Sancto inunctus.
- 37 Unctioes antiquius continuatae ad infirmos non erant Sacramentum.
- 38 Matthei Galeni opinio, quod non fuerint Sacramentum.
- 39 Clotildis Regina Francorum obitus.
- 40 Reiterare extremam Unctionem in eadem infirmitate illicitum.
- 41 Nisi cessato periculo, iterum fiat periculosa.
- 42 Temporis distantia notabilis pro reiteranda Extrema Unctione.
- 43 Iteranda Extrema Unctio si iterentur infirmitates.

DECISIO LXXXI.

ARGUMENTUM.

Disputatur, quomodo contingat infirmos peccare, vel ex nimia negligentia, vel ex magna devotione erga Oleum Sanctum? Duo contraria Quaestio examinantur: Unum, an exet Praeceptum obligans sub mortali recipere Extremam Unctionem in periculo infirmitate? Alterum, an felicitum in eadem infirmitate pluries reiterare ipsam Unctionem Extremam? Primum Quaestum resolvitur negative, tribus casibus exceptis. Secundum, perpetuo prius Antiquorum usum, quatuor conclusio-

A nequam discendamus à subiectionis huius Sacramenti Extremæ Unctionis, quod, ut dictum fuit, est homo Christianus, adultus, possidens, ac periculoſè egrotans, reſtat examinare, atque reſolvere duo dubia ſatis utilia, ac ſcitu digna: Unum eſt, an contingat, infirmum peccare ob negligentiam in petendo, recipiendoque hoc Sacramentum? Alterum eſt, An vice verſa poſſit incurere in peccatum ob nimiam devotionem erga hoc Sacramentum, illud ſcilicet pluries recipiendo in eadem infirmitate?

Circa primum dubium, Querunt Theologi: Utrum ſit de præcepto ſumere Extremam Unctionem in periculoſa infirmitate? adeoſi ſi infirmus negligat eam petere, & recipere, peccet mortaliter? Et e quidem non pauci opinati ſunt, omiſſionem ex ſola negligentia eſſe peccatum mortale ex ſequentibus.

Primo: Quia, que de præcepto ſunt, omitti non poſſunt abſque peccato. Sed ſuſceptio huius Sacramenti in periculoſa infirmitate conſeſtur de præcepto; verba enim Divi Jacobi, *Infirmum quis in vobis? inducat Presbyterus Ecceſiæ hęc*, quibus promulgatum eſt hoc Sacramentum, debent habere eandem neceſſitatem quoad ejus ſuſceptionem, quam continent circa materiam, & circa formam ejuſdem Sacramenti. Sed ſi eſt, quod verba prædidi Apoſtoli indicant neceſſitatem in materia, ut ſcilicet ſit Oleum; ac etiam in forma, ut ſit deprecativa, & per viam orationis; ita ut ſi alia vel materia, vel forma ab Apoſtolo indicata adhiberetur, peccatum eſſet mortale. Ergo etiam indudtio, ideſt vocatio Presbyteri, ab infirmo periculoſè egrotante faciendam, ut ſibi Extremam Unctionem miniſtraret, ſicut verba ejuſdem Apoſtoli, reputanda eſt eſſe neceſſitatem, & ex præcepto, ita ut omiſſio ſit peccatum mortale.

Secundo: Confirmatur hæc neceſſitas, ac præceptum ex libro Preſbiterali Theodori Archiepiſcopi Cantuarienſis, electi à Vitaliano Papa Anno 668. in quo differens de Extrema Unctione iſtius graviter decumbentibus danda, ita ait: *Ideò ſecundum auctoritatem Canonice, ne illis janua pietatis clauiſa videatur, orationibus, & conſolationibus Ecceſtaſticis, Sacra Unctione Olei in unum ſecundum Statuta Sanctorum Patrum communiōne Viatici reſciantur*. Ex his verbis dupliciter probatur præceptum recipiendi Extremam Unctionem; primo in illis, *Secundum auctoritatem Canonice*, quæ referri non poſſunt, niſi ad Epistolam Divi Jacobi habentem circa hoc Sacramentum vim præcepti: Secundò, ex conjunctione huius Sacramenti cum Sacro Viatico; quia ſicut hoc eſt de præcepto ſumendum à conſtituit in discrimine vitæ, ita illud, Quam unionem Olei Sancti cum Viatico ponit etiam Capitulare Caroli Magni, ita iubendo: *Si infirmitas quiſi depreſſus fuerit, vitam ſine communiōne non ſinat, nec unitione ſacri Olei careat*.

Tertiò: Facit Concilium Cabilonenſe II. (Cabilonum eſt Urbis Galliæ Celticæ, ampla, & probè culta ad Atarim fluvium, vulgò dicitur *Chalon*) in quo Concilio celebrato ſub Leone III. & Carolo Magno Imperatore cap. 48. ſic legitur definitum: *Secundum B. Apoſtoli Jacobi documentum, cui etiam decreta Patrum conſervant, Infirmi Oleo, quod ab Episcopis benedicuntur, à Presbyteris ungi debent*. Porro non ſemel oſtenſum, & probatum ſuit, verbum debent inducere neceſſitatem, ac vim præcepti habere. I. *Sepe ff. De Offic. Preſb. Fagnanus in cap. Qualiter, num. 37. De Cleric. non reſident. tom. 4. pag. 62. Eminent. Card. de Lauræa ſupr. Decif. LXXXII. num. 23.*

Quartò: Accedit Concilium Colonienſe ſub Paulo III. Anno 1549. celebratum, in quo ita legitur de Extrema Unctione recipienda: *Statuimus, ut ſi quis Sacramentum illud nobis ab Apoſtolo Jacobo tantopere commendatum contempſerit, Ecceſtaſtica carcat ſepultura*. Sed privato Sepultura Ecceſtaſtica eſt pena gravis, quæ non imponitur, niſi ob enorme pecca-

tum; cap. 1. de Hæretic. Clem. 1. de Sepultura. Theſaurus de Penit. Ecceſt. part. 2. Verò Sepultura. cap. 5. Samuellius de Sepultura. tract. 2. Controvers. 4. & 5. Ergo hæc pœna inflicta in negligentem Extremæ Unctionis ſuſceptionem, indicat negligentiam ipſam eſſe culpam gravem, ac mortalem.

Quintò: Urgent verba Concilii Tridentini de Extr. Unct. cap. 3. quibus conſtat afferentes hoc Sacramentum, non eſſe mandatum Dei; & eos, qui hæc Extremam Unctionem à fidelibus ſine peccato contumaci poſſe eſſe ſerari.

Sextò: Accedit inveterata, & ſemper obſervata conſuetudo Ecceſiæ, quæ ſanè communiffimè viget, & in omni præterito ſæculo viguit tam ex parte infirmorum in hoc Sacramento ſuſcipiendo, quam Paſtorum in ipſo ſolicitè miniſtrando; ac etiam familiarium infirmi uniſcujuſque, ſtudentium ſuadere eidem, ut Extremam Unctionem recipiant, & ſatagentium vocare Parochum, ut opportune illam miniſtraret, prout ex exemplis antiquorum relatis lib. in Decif. LXX. quibus addendum eſt id, quod de Venerabili Beda (vita ſancti parùm poſt Annum 730.) ſcribit Guillelmus Malmesburienſis lib. 1. Hiſt. cap. 3. nempe: *Accita Congregatione in unum eſt, & communicatus; die vero Aſcenſionis Spiritum eſſavit*. Et quod apud Surium habetur de S. Hungeunde, die 25. Auguſti: *Illa converſa ad eos, qui illi aſſidebant Presbyteros, Sacra Unctionis Oleum, & Euchariſtiam ſibi petitiſt miniſtrari*. Floruit hæc S. Virgo Anno 660. ſub S. Eligio Episcopopo Noviomienſe; cumque diu fuiffet incognita ejus ſepultura, revelata fuit, & magnis miraculis decorata Anno 954. de quibus etiam Spondanus in Epitom. Annal. d. ann. nu. 6.

Septimò: Concurrit generalis regula, quod unuſquique obligatur ex charitate erga ſeipſum conſultare ſuæ ſaluti quantum poſſet, & præſertim in mortis articulo; in quo hoc Sacramentum eſt medium validiffimum adversus moleſtiſſimas infirmitatis, ac diaboli tentationes.

Octavo: Eò magis, quia pro dicto tempore non ſunt inſtituta alia media propria, & determinata pro ſupprimendis prædictis moleſtiſ, & tentationibus; nec non ad recuperandam corporis ſanctitatem, niſi Sacramentum Extremæ Unctionis. Idenicò illud negligere, & non recipere eſt tentare Deum; prout tentaret homo, qui panem expectaret à terra, negligens in ea triticum ſeminare; cum ab ipſo Deo ordinata fit ſeminitio, pro colligendis bladis ad pauperum conſiciendum, & vivendum. Tentatio autem Dei eſt mortale peccatum, ut dixi in meſis Erotem. cap. 11. queſt. 6. ex Emin. Card. Toledo lib. 4. cap. 29. num. 7. His præcipuis rationibus, & argumentis Extremam Unctionem eſſe recipiendam ex præcepto, ejuſque omiſſionem eſſe negligenciam eſſe peccatum mortale voluerunt Magiſter Sententiarum in 4. diſt. 23. ibi: *ſi ex contemptu, vel negligentia Sacramentum hoc prætermittitur, periculoſum eſt, & damnable; nec non Petrus Soto, Turrianus, Pontius, & alii, quos citat Maſtrius in 4. Sent. diſt. 6. num. 119. & num. 123.*

His tamen non obſtantibus communis, ac receptiffima Theologorum, & Summiſtarum ſententia eſt, huius Sacramenti ſuſceptionem per ſe loquendo non cadere ſub obligatione, & præcepto; ſed eſſe tantum de conſilio; ita ut niſi per accidens in tribus infra notandis caſibus ob ejus omiſſionem incurrat peccatum mortale. Fundamentum huius opinionis eſt, quia nullibi conſtat de obligatione prædicta ſub præcepto; ſiquidem hoc Sacramentum non eſt medium neceſſarium ad ſalutem, ſed tantum utile, & ad melius eſſe, quia infirmi poſſunt ſufficenter per Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ ſanctificari, & ſalvari. Adjungitur diſpoſitio textus in cap. Quod in te. De Penit. & Remiſſ. in quo prohibita eſt miniſtratio huius Sacramenti Extremæ

Unctionis tempore Interdicti, ut dixi ſupra Decif. LXXV. numer. 38. certum eſt autem, quod Ecceſia nunquam prohibuit, aut prohibere intendit ea, quæ ſunt homini necenaria ad ſalutem. Quapropter ita tenent, ac docent DD. quos citat, & legitur Diana part. 3. tract. 4. reſol. 169. nec non part. 5. tract. 3. reſol. 97. quæ nunc leguntur collocatæ in ejus opere Coordinato tom. 1. tract. 4. reſol. 24. & reſol. 26. & pleniùs, ac diffuſius de hoc dubio agit idem Diana, ſans pro excluſione præſcribæ obligationis, ac præcepti in part. 8. trad. 1. reſol. 58. reſcripta in eodem Coordinato opere tom. 3. tract. 1. reſol. 57. cui noviffimè conſentiunt Gonet de Extr. Unct. tom. 5. diſp. 3. n. 19. Collegium Salmanticense. tract. 7. cap. 4. num. 10. Maſtrius d. diſp. 6. num. 120. & Ivenia in ſuo Comment. Hiſtoric. Dogmat. de Extr. Unct. queſt. 9. cap. 2. qui omnes reſpondent argumentis contrariis ſupra adductis, & oſtendunt, ea non concludere, & non obſtare; non Primum, quia D. Jacobus Apoſtoloſ promulgando hoc Sacramentum monuit, non autem præcepit ejus ſuſceptionem. Non Secundum, neque Tertium, quia ſibi præceptum dirigit in animarum Paſtores, ut ſciant, ſed obligatos eſſe miniſtrare hoc Sacramentum infirmis; non verò in ipſos infirmos, quibus præſcriba obligatio illud recipiendi non incumbit. Non Quartum, quod procedit ubi non recipitur ex contemptu, de quo paulò infra dicemus. Non Quintum, quia Tridentinum intelligit de negantibus inſtitutionem huius Sacramenti, ipſumque contentemibus. Non ſeptimum, quia ſola conſuetudo, & uſus alicujus rei non inducit obligationem, niſi præceſſerit titulus obligatorius. Non ſeptimum, & Octavum, quia ſatisfit præcepto charitatis erga ſeipſum utendo medijs neceſſarijs ad ſalutem, quaſia ſunt Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ; ſecus ſi omitteret medium ad melius eſſe, nempe Unctio Extrema, ut plenè reſpondent Diana Coordinata d. tom. 3. tract. 1. reſolut. 57. & Maſtrius d. diſp. 6. à num. 120. uſque ad numer. 123.

Tres tamen caſus excipiuntur per ſupracitatos omnes DD. in quibus omiſſio Extremæ Unctionis eſſet peccatum mortale, & gravi culpe infirmus oneraretur. Primus caſus eſt, ſi omitteret hoc Sacramentum ex contemptu; ideſt, de eonihił faciens, aut putans eſſe quid puerile, aut parum decens; quor notavit Tridentinum in cit. cap. in illis verbis: *Neque verò tanti Sacramenti contemptus abſque ingenti ſcelere, & ipſius Spiritus Sancti injuria eſſe poſſet*. Et de hoc caſu locutum eſt Magiſtrum Sententiarum in 4. cit. diſt. 23. interpretatur S. Bonaventura, ubi exponit *ly Vel*, pro *Et*, ita ut ſenſus Magiſtri ſit, eſſe periculoſum, ac damnable, ſi prætermittatur hoc Sacramentum ex contemptu, & negligentia. Secundus caſus eſt, ſi ex omiſſione huius Sacramenti reſultaret grave ſcandalum; vel quia infirmus daret ſuſpicionem, quòd non crederet in ipſum, vel moveret adfantes ad parviſciendum idem Sacramentum malo ſui exemplo. Tertius caſus eſt, ſi infirmus detineretur, aliqua culpa mortali, quam conſideri non poſſet, & non eſſet certus ſe habere, veram contritionem; nam tunc perderet auxilium huius Sacramenti, cujus virtute ex attrito fieri poſſet contritus, & obtineret remiſſionem illius culpe; & per conſequens æternam ſalutem tunc perderet, non recipiendū Unctionem Extremam. Ita notant omnes præfati Doctores, & alius citatis firmant Salmantienſes d. tract. 7. cap. 4. numer. 11. 12. & 33.

Sed interrogabit aliquis: Peccaret ne infirmus, qui teneret accipere hoc Sacramentum, opinatus, quod omnes, qui Sacro Oleo unguuntur, paulò poſt unctionem ſunt morituri? Hinc caſum accidiffe in-

ſigni Parocho pauculis ab hinc annis ſcribit Gobatus de Extrem. Unct. tract. 8. num. 815. his verbis: *Virum quemdam ſimiliter agraſſem, tamenſi vita periculoſam conſtantior dicitur, an pervicaciter eſt recuſaſſe hoc Sacramentum, allata hæc unica ratio: ſemper audivi eſſe moriendum illi, qui ſe ungi permiſit*. Conſimilem reſiſtentiam, ac contradicentiam in Extrema Unctione recipienda, ob timorem proximæ ſubſequentis mortis habuiſſe etiam Ruperum Regem Romanorum narrat Joannes Nider celebris Sveviæ Doctor in ſuo Formicario lib. 4. cap. 11. & ex eo reſert idem Gobatus eod. trad. 7. 8. num. 881. qui propterea examinando, utrum hæc reſiſtentia ob dictum timorem mortis ſit peccatum? ſub num. 818. firmavit, ob evidentem errorem in fide, qualis eſt, quòd hoc Sacramentum acceleret mortem, eam eſſe mortale peccatum; ſubdens: *Quare ſi Parochos animadverteret, hoc Sacramentum ab infirmo reſpui, ſeu negligere ex contemptu, vel ſuſpenſione ipſius, tenet omnimodum rationem cum adducere ad aſſimilationem, & venerationem, negareque ipſi tanquam merito ſuſcepſo de errore in ſite beneficium abſolutum, niſi mutaret prarum illum animum. Et generatim cenſet, ſi probè perpendantur omnes circumſtantie, non reperiri quemquam, qui volens ex deliberata animi ſententia mori ſine hoc Sacramento, non peccet, ſaltem per accidens, aliquantulum grauius; talis enim aut conſcientia ſuaſo domiſſico in magnis ſollicitudines, meroreſque; aut dat occasione, ut homines pejus de ipſo loquantur; habet ſanè illa deliberata omniſſio iuxta communem aut apprehenſionem, & auſtinitatem ſpeciem mali: ergo ſemper eſt mala malitia ſcandalum. S. Thomas 2. 2. qu. 43. artic. 2. in Corp. Idem prudens, ſed ſerentes debent eſſe Parocho in ſuis Parochianis ſuadendis, & admittant in ſe falſum hunc timorem celerioris mortis, Sacram Unctionem Extremam recipientes, cum ſit error in fide; nam imo ipſa Sacra Unctio iuvat ad ſanitam corporis recuperandam, ut in ſequenti Decifione demonſtrabimus.*

Sed quid dicendum, ſi infirmus teneret ungi Sacro Oleo, non ex prædicto errore, ſed ex aliqua tediencia causa ex his, quæ leguntur apud eundem Gobatum d. tract. 8. num. 814. & 815. videlicet de qua d. puella, quæ recuſabat recipere Oleum Sanctum, eſt in extremis laborabat; *Quia (ajebat) ſemper ex majoribus meis audivi, eſſe choris ducendis interdictum iſi, qui, aut que Unctionem accipiunt: iminent autem Anticlericalia (nota nomen carniſprietii) quibus ſaltat de more cogito, ſi convalero. Deinde iſdem, ut ſæpè inaudis, veſtium eſt ſeruum capite eſſe, aut nudis pedibus terram contingere. Aut etiam de hoc alio motivo his verbis per ipſum Gobatum expreſſo: *Francos aliquot ſunt ejus opinionis, quòd extremè uellus neſas ſi ſaltare. Palatini neſas induere calceos. Utique in his, ac ſimilibus inanibus, ac ſuſcibus cauſis ſpectat ad Parochiam ponderoſo ſermonem infirmum ad eas contentendas hortari; qui ſi obſtinatus in illis noluerit Sacramentum hoc recipere, dicendum eſt ſaltem venialiter peccare, quia abſque ratione agit contra debitum propriæ charitatis, tam ſalutiſerum animæ remedium in occasione ita periculoſa negligendo. Palauſ tract. 26. puñd. 8. n. 2. Gobatus d. n. 818. & Salmantienſes, qui alios DD. ita determinantes referunt d. tract. 7. cap. 4. num. 11. Hinc notandus caſus relatus ab ipſomet Gobato d. tract. 3. num. 883. his verbis: *Nicolaus de Niſa Ordinis Minorum in Gemma Predicantium ſcribit, quemdam magni ceteroquom niſi interrogatum, an vellet Oleo Sancto ungi? reuſiſſe. Nolite, inquebat, obſecro, quia omnes, qui unguuntur, moriuntur; atque in iſi verbis obijſſe. Cùm verò linteaminibus involucretur, aperuiſſe oculos, & hæc dixiſſe: Quia Extremæ Unctionis Sacramentum obor-***

obhorus, centum annis in Purgatorio, iusto Dei iudicio; torqueretur. Si unctus fuisset, de egritudine convalescens; & his diis iterum expressisse. Hæc omnia non me pigrit transcribere ex his approbatis auctoribus, ne Curatis desint rationes, & exempla ad suadendos infirmos, ut pie, ac devotè, cum in discrimine vitæ versantur, Oleum Sanctum petant, ac recipiant.

Alterum dubium principale resolvendum est, an infirmus peccare possit ob nimiam devotionem erga hoc Sacramentum; illud scilicet pluries recipiendo in eadem infirmitate? Pro resolutione huius dubii attendatur à studio Lectore quatuor sequentes conclusiones.

Prima Conclusio: Nonnulli Scriptores de Ritibus antiquis in Sacramentorum administratione solliciti notant, quod ab hinc ante mille annos Extrema Unctio dabatur infirmis per plures sequentes dies continuos; idque colligitur ex libro Sacramentorum Sancti Gregorii Pape, (quem Hugo Menardus Monachus Benedictinus notis illustravit.) nam in eodem libro, interationes pro visitatione, & unctioe infirmorum pag. 253. ita dicitur post completas Unctiones: *Deinde communicet eum Corpore, & Sanguine Domini: Et sic faciant illi per septem dies si necessitas fuerit, tam de Communione, quam de alio officio: unde idem Menardus in notis pag. 335. ait: T. de alio officio significatur de Unctione; & pag. 336. subdit: Et quamvis bodie in eodem morbo non repetatur hoc Sacramentum; si tamen antiquus valeat usus, id non esset absurdum; quia non cessante morbo, homine adhuc existente in peccatis, ob peccata saltem venialia, que nobis quotidie obrepunt, quia (septies in die cadit iustus) iure posset hoc Sacramentum septies in eodem morbo repeti. Successive ipsemet Menardus in notis ad Antiquum Extremæ Unctionis conferendam Ritum ex Codice M. S. Ratoldi Abbatis pag. 358. Vers. 13. ita advertit: Nota continuationem Unctionis per septem, & plures dies, que etiam extat in Sacramentario S. Eligii. Confirmari potest hæc opinio Menardi ex relatione, quam facit Sæcula Benedictina, seu Acta Sanctorum Ordinis S. Benedicti; in quibus Sæculo IV. p. 2. Anno 888. in vita S. Remberi Episcopi Hammburgensis pag. 483; hæc habentur: *Septimo ante obiitum die ministrum Sacre Unctionis cum Oleo Sancto si fieri cepit, & una cum Communione Corporis, & Sanguine Domini usque in diem anime exiensis de corpore hoc salutare remedium omni die precepit. Quo in loco Joannes Mabillon Monachus Congregationis S. Mauri, Viri celerrimæ eruditionis, lib. B. sic notat. Namque mos olim in Ecclesia vigeat, ut Unctio infirmorum, que Viatico præmittatur, per plures dies à pluribus Presbyteris repetetur.**

Ergo tamen (pace, ac reverentia tantorum Virorum semper salva) contendo, supradictas reiteratas Unctiones non fuisse reiterationem Sacramenti Extremæ Unctionis, sed simplices Sacramenta curativas pro devotione infirmi iteratè et impensas ex rationibus, quas consideravi supra Decif. LXX. num. 28. & 29. ibi iterum à studio legendas, & per ea, que dixi in Decif. LXXIX. à n. 15. & seqq. ubi ex doctrina celeberrimi Jacobi Pignatelli Jurisconsulti Romani ostendi reiteratas Unctiones, que à Græcis exhibentur cum Oleo Sancto, non esse Sacramenta, sed Sacramentalia, ad curandos languores, & dolores alienius membri linendos vim habentia; idcirco que idem est intendendum de Unctionibus antiquorum, que replicantur ob devotionem infirmi periculosè decumbentis, post datum eidem Sacramentum Unctionis Extremæ. Favet huic meæ opinioni Mathæus Galenus, in Promptuario Theologico Catechisti 182. hoc idem sentiens, & ejus verba referentiam Menardus in Notis d. pag. 335. que sunt hujusmodi:

Ad hæc non sicut illud (Unctionum scilicet reiteratum officium) perfunctoriè, & propter, sed ubi ager non convalescebat, redabant eodem Sacramentum per Septiduum urgentes, non quidem Sacramentum (notet Lector) toties repetentes, sed statim præcibus unctioe curantes laborantis membra, præbentesque Sanctam Eucharistiam. Uterius si per septem continuos dies Sacramentum Extremæ Unctionis unicuique infirmo solitum fuisset ministrari, de unoquoque infirmo, præcipue sublimis conditionis, hujus repetiti Sacramenti Historiæ meminissent. At hoc non narrant, nisi de aliquibus, siquidem præter exempla Ven. Bedæ, & S. Huneundis, de quibus supra num. 9. & 10. ut hoc unum aliud exemplum adducam loco plurium aliorum, in iisdem Actis Sacri Ordinis S. Benedicti sæculo primo Anno 545. pag. 102. De Clotide, (alias Chrotilde) Regina Francorum, in ejus mortis narratione legitur ita: *Corpore egritudine gravata læto decubuit. Tricesimo itaque die vocacionis sue secundum Apostolum inuncta à Sacerdotibus Oleo Sancto, & Sacri Corporis, & Sanguinis Christi percipio Viatico in Confessione SS. Trinitatis corpus exiit. En mentio singularis, non reiteratæ Unctionis per plures dies. Cæterum quidquid in usu fuerit antiquis sæculis illis; est, quod tunc Sacramentum Unctionis Extremæ eodem periculo infirmitatis durante reiteraretur per septem, aut plures dies; sit*

Secunda Conclusio: Illicitum est reiterare Extremam Unctionem eidem infirmo, durante ipsomet discrimine vitæ, in quo Oleo Sancto fuit inunctus. Probatur hæc conclusio ex doctrina S. Thomæ in 4. dist. 23. qu. 1. artic. 4. à Catechismo Romano de Sacram. Extr. Unct. sess. 11. ubi ita dicitur: *Ilud observare oportet, ut in eademque negotiatione cum ager in eodem vitæ periculo positus est, semel tantum ungendum esse. Quod quidem non obscure definitum fuit à Tridentino Concilio de Extrem. Unct. cap. 13. in illis verbis: Quod si infirmus post susceptam hanc Unctionem convalescerit, iterum huius Sacramenti subsidio utari poterit, cum in aliud simile vitæ discrimen incididerit. Ergo si non convalescerit post susceptam Sacram. Unctionem, non fuit iterum unguendi. Hoc idem expressè prohibet Rubrica Ritualis Romani de eod. Sacram. Extr. Unct. ibi: *In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debet. Ratio autem hujus prohibitionis est, ut infirmi majori cum devotione, ac Spiritus fervore suscipiant hoc Sacramentum, & uberioris ex eo colligant fructus, scientes semel tantum in eadem infirmitate ipsum esse recepturos, & ita docent. Ivenit de Extrem. Unct. quæst. 9. cap. 1. in fine Diana p. 5. traçt. 3. resol. 96. necnon part. 10. traçt. 11. resol. 11. Quæ existunt in Opere ejus Coordinato tom. 2. traçt. 4. resol. 39. & 40. Salmanticenses cit. traçt. 7. cap. 4. n. 9. Maltrius d. disp. 6. in 4. Sent. n. 59. & Tamburini, de Extrem. Unct. lib. 6. cap. 2. §. 6. num. 1.**

Tertia conclusio: Ex communi Doctorum placito in eadem infirmitate potest idem infirmus rursus Oleo Sancto liniri, quando ipsa infirmitas, que erat periculosa, facta fuit sine periculo; sed deinde iterum facta est periculosa. S. Thom. in 4. dist. 23. q. 1. art. 4. & S. Bonaventura ead. dist. 23. part. 2. qu. 4. in fine. Maltrius d. disp. 6. n. 60. hæc scribens: *Si infirmus graviter laborans hoc Sacramentum semel suscepit, si postea periculum evasit, & ab morbi durtinitate, ut hydropsi u. g. vel plethysi, varietur notabiliter morbi status, & rursus in simile vitæ periculum incidat, hoc Sacramentum repetere poterit, quia in tali casu novus cessatur morbus, novaque necessitas. At paulo post subdit: Advertunt tamen Doctores, inter unam, & aliam Unctionem, notabilem temporis distantiam imponi debere, ut ita verè*

verè constet, & appareat, periculum mortis fuisse verè renovatum. Ita Suarez, Nungus, &c. quibus adhærent Diana Coordinatus d. tom. 2. traçt. 4. resol. 39. & 40. Salmanticenses d. cap. 4. num. 9. Tamburinus d. §. 6. à num. 3. & seqq. & Gobatus d. traçt. 8. de Extrem. Unct. num. 887. & seqq. qui ad amulum examinat, quando censenda sit sufficiens morbi mutatio de periculoso in non periculoso; & è contra? ac idè in praxi à Parochis consulendus & legendus.

Quarta, & Ultima Conclusio est: Si infirmus Oleo Sancto inunctus convalescit ab illa infirmitate, & sanus factus extiterit; si deinde in aliam incidit mortalem infirmitatem, liniri poterit Sacramento Extremæ Unctionis, & hoc expressè Catechismus Romanus d. sess. 11. in illis verbis: *Quod si post susceptam hanc Unctionem ager convalescerit, quoties posita in id vitæ discrimen incidit, toties ejusdem Sacramenti subsidium ei poterit adhiberi. Et hoc concorditer docent omnes Theologi, ac Canonistæ allegantes Constitutionem XIX. Eugenii IV. Incip. Exultate Deo, &c. in qua §. 9. in fine. ait, Extremæ Unctionis Sacramentum esse unum de illis quatuor, que non imprimant characterem, & reiterationem admittunt. Diana Coordinatus d. tom. 2. traçt. 4. resol. 39. & 40. Cotonius lib. 2. Controv. 15. num. 40. Salmanticenses d. traçt. 7. cap. 4. n. 9. Eminentiss. Cardin. de Lauræa de Extrem. Unctioe. disp. 11. num. 193. Maltrius d. disp. 6. in 4. Sentent. num. 59. ubi ponit verba Concilii Tridentini sess. 14. cap. 3. hæc reiterationem in nova infirmitate concedentis. Gobatus eod. traçt. 8. à num. 886. & seqq. & Barbosa de Paroch. cap. 22. num. 38. ubi alios DD. allegat.*

DECISIO LXXXII.

ARGUMENTUM.

Effectus quinque, quos operatur Extrema Unctio, declarat præsens Decifio. Hi sunt gratiæ augmentum, & aliquando gratia prima, Venialium remissio quo ad culpam, & quo ad partem penæ. Deleto reliquiarum peccatorum. Levamen conscientiæ. Robur contra tentationes Dæmonis: & Sanitas corporis, si expedit animæ salutis. Innuuntur tres Theologicæ Quæstiones de Præcellentia dictorum Effectuum. De tempore, quo producuntur; & de eorum influxu post sublatum obicem, cum quo fuerat collatum Sacramentum.

SUMMARIUM.

- 1 Scholastici obscuro, circa effectus Extremæ Unctionis.
- 2 Effectus Extremæ Unct. quinque.
- 3 Gratia sanctificans est Olei Sancti primus effectus.
- 4 Gratia prima aliquando infunditur in Extrema Unctione.
- 5 Venialia delentur per Extremam Unctionem.
- 6 Ex opere operato Oleum Sanctum delet Venialia.
- 7 Differentia inter Sacramentum Penitentia, & Extremæ Unctionis.
- 8 Penæ debita pro Venialibus remittitur in Oleo Sancto.
- 9 Reliquia peccatorum deleta per Extremam Unctionem quid sint?
- 10 Diaboli assus contra moribundos.
- 11 Theodori, Chrysostomi, ac Monachi Ironiensis exempla.

- 12 Tentationes Diaboli superantur in morte virtute Extr. Unctionis.
- 13 B. Marie Ogiacensis visio circa Oleum Sanctum.
- 14 Athleta pugnaturi Oleo se ungebat.
- 15 Sanitas corporis ex Extrema Unctione quando datur?
- 16 Judicia Dei adoranda non perscrutanda.
- 17 Exempla sanatorum cum Extrema Unctione.
- 18 Primarius effectus quæstionem sit Olei Sancti?
- 19 Tempore quo producatur in infirmo effectus Extremæ Unctionis?
- 20 Sacramentum Extremæ Unctionis, an possit esse validum, & informe?
- 21 Obice peccati ablato effectus Olei Sancti producitur.
- 22 Atritis sola in infirmo quando tollat obicem peccati?

Restat pro complemento hujus tractatus de Extrema Unctione, ut effectus, quos ipsa producit, ostendamus. Illud autem est in primis advertendum, quod notat Eminentiss. Cardin. de Lauræa de Extrem. Unct. disp. 11. art. 16. & Maltrius in 4. Sentent. disp. 6. num. 61. modernos scilicet Theologos ita confusè loqui de effectibus hujus Sacramenti, ut nullibi reperitur apud ipsos clara, & concors doctrina, que studiose animam instruat; at è contra potius non leves difficultates gignat, ac dubia irresoluta relinquat, etiam non obscure infnuent effectus ipsi à Tridentino Concilio Tridentini sess. 14. his verbis: *Res porro, & effectus hujus Sacramenti illis verbis explicatur. (Jac. 5. Et oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: & si in peccatis sit, dimittentur ei.) Revertimur hæc gratia est Spiritus Sancti; cuius Unctio delenda, si quo sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, & egrat animam alleviat, & confortat; magnum in eo Divinae Misericordiae fiduciam excitando, qua infirmus subleuatur, & morbi incommoda, ac labores levius fert, & tentationibus demoritur, calcaneo insidians, facilius resistit, & sanitatem corporis interdum, ubi salutis animæ expeditur, consequitur.*

Itaque ex his verbis Concilii, & ex communiori Theologorum placito, quinque colliguntur effectus Sacramenti Extremæ Unctionis. Primus est collatio gratiæ sanctificantis. Secundus est remissio peccatorum venialium. Tertius est abstergere reliquias eorumdem peccatorum. Quartus est alleviare animam infirmi excitando spem, & confortando adversus insidias diaboli. Quintus est conferre corporis sanitatem, si hæc animæ salutis expedit. Ita pluribus DD. citatis colligit Gobatus d. traçt. 8. de Extrem. Unct. num. 909. Salmanticenses de eod. Sacram. traçt. 7. cap. 3. punct. 1. Maltrius d. disp. 6. num. 62. & Eminent. Card. de Lauræa d. disp. 11. ur. 16. per totum, & de his omnibus effectibus quæ magis essentialia sunt, ac lectu digna, breviter hic duxi colligenda, & in gratiam Parochorum narranta.

Primus itaque effectus Extremæ Unctionis est gratia habitualis, seu sanctificans; que quidem duplici modo producitur in anima infirmi Oleo Sancto inuncti, virtute hujus Sacramenti. Uno, per augmentum ejusdem gratiæ, si infirmus, illud suscipiens sit in gratia, ut esse præsumitur ex præmissa Confessione Sacramentali, & absolutione obtenta, ac ex Sanctissimæ perceptione Eucharistiæ, ut mos est apud omnes fideles gravi morbo laborantes, & apud Parochos sollicitos de salute suorum Parochianorum. Ratio hujus augmenti gratiæ sanctificantis est, quia omnibus Sacramentis, que appellantur vivorum, quale est hoc Extremæ Unctionis, commune est producere hunc effectum, nisi suscipientes obicem ponant. Altero modo, per infusionem primæ gratiæ; que quidem prima gratia infunditur, si infirmus